

Ο Λ Υ Μ Π Ι Α

εἶδος β'.

ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩ

Ἄρματι.

Argumentum.

Victoriam gratulatur Theroni, orto a maioribus, qui multa aduersa experti erant, cum vicissitudine tamen fortunæ melioris. 1-82. Theronis laus e certaminibus et impensis in ea factis, opumque magnarum, quas haberet, usū recto ad studia praeclara: quorum prae-mia etiam post mortem expectare licet: interponitur itaque locus nobilissimus de inferis. - 149. Reuocat se poeta a digressionem, quam a reprehensione aduersariorum liberat, - 159. et vela contrahit in Theronis laudibus.

THERON Aenesidami f. genus ducebat a Cadmo, et quidem a Thersandro, qui inter Epi-gonos erat, Polynicis, ex Argia Adrasti, filio, Oedipi nepote; (cf. Freron Defense de la chro-nologie p. 77 sq.) tenebat Agrigentum et Hime-ram: v. Diod. XI, 48. 49. 53. Filiam Demara-tam elocauerat Geloni; quo mortuo frater Ge-lonis

lonis